



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pomponius Musa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Athanafius in iis quæ contra gentiles fcripfit, rationem Lyrae comparavit, ubi de anima, mente & fenfu differit: quippe id Lyrae haud diffimile videri ait, quæ rectæ temperata fit, & Mufico qui eam refonare faciat, non imperito. Est enim in Lyrae nervis fuus cuique fonus, gravis, acutus, medius, argutus, atque alius aliis. Conventus autem nullus difcerni aut internoſci poteſt, niſi ſiccinis ars accedat. Tum vero modulatio & varia ſoni ſua vitas oftenditur, cum qui Lyram tenet, nervis increpuit, ſingulosque apte percurrerit. Eodem modo, cum ſenſus in corpore ſint tamquam Lyra compoſiti, ſi docta mens illis imperavit, difcernet animus, quid abſonum, quid concinnum ſit, quale ſit unicuique rei temperamentum adhibendum, ut nihil denique facere, aut meditari aggrediatur, quod modulis & tonis non respondeat, unde concors concetus exaudiatur. Et nonnulli concordiam inde dici putant, quod chordæ variæ in unam convenient harmoniam: tamen ſi alii concordiam à corde deductam malunt, qui Tullio innituntur Tuſculanarum primo dicenti: *Alia cor ipſam* *animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordæque dicuntur*, ut in Cordis commentario diſputatum: eamque afferunt rationem, quod id locutionis in monumentis antiquis aſpiratione caret. Qui chordis inſiſtunt concordem à Græcis *ὁμόφωνοι* dici opponunt conſueſſeque ajunt veteres elocutiones plerisque in Latinitatis uſum receptis, adjectam conſonantibus aſpirationem ſummovere quatuor tantum admiſſis, quæ Scaurus enumerat.

Concordia unde.

MATRIMONIUM CONCORS. CAP. VI.

Sed nos ut ad concordia ſignificata redeamus, illud ex Onirocritarum diſciplina deprompſimus, ſut ſi quis nuptiarum tempore Lyram per ſomnium videre imaginatus fuerit, concordiam, id inter maritum & uxorem futuram ſignificare.

MUSICA. CAP. VII.

Neronis numisma. Idg, adeo, ut ci tharam à iudicib ad ſe delatam adoravit. Suet in Nerone c. 12.

Pomponii Muſæ numisma.

Quæ vero Lyra eſt in Neronis numo, ſtudio ejus in arte Muſica, & victoriam ex certamine eo partam ſignificare crediderim. Fidibus enim eum oblectatum ad infaniam uſque, & in theatris Muſica decertante, non ſine majeltatis Imperatoriæ dedecore atque ignominia, Scriptores eorum temporum omnes prodiderunt. Nam is præter numos ea nota percuſſos, ſtatuas etiam ſibi tharædico habitu poſuit.

POMPONII MUSA. CAP. VIII.

Eſt & Pomponii Muſæ numus: à cujus altera parte muliebre ſignum eſt cum Lyra & Plectro, id quid ſibi aliud velit, quam ejus cognomentum, non video: ſive is Pomponius Poeta fuerit, de quo apud Plinium, ſive qui in bello Mithridatico captus, cum multis vulneribus faucibus ad Mithridatem adductus, interrogatus ab eo eſſet, an amicus futurus eſſet, ſi opera juſſu regio daretur, ut curaretur: reſpondens, *Si tu, inquit, populo Romano amicus fueris, aliter me quoque ſemper inimicum habebis.*

AMOR. CAP. IX.

Unde illud *ὁμογενὴς φιλόνομος* ab Homero & Heſiodo appellatam exponit, adverſatur Heſiodo, neq; dictam *ὅτι ἀρεστικὸν καὶ ἡρώδης*, οἷδε μὲν γὰρ περικύθηρα, καὶ ἡρώδης δὲ ἡ καὶ πομμένην ἔχουσαν ἐν αὐτῇ πύσσιν τῆς ἐγὼνικῆς Φιδίας. Non aſſentitur, inquam, Proclus ut Cythera dicta ſit à Cytheris, ubi illi templum aræque tot frequentilimo mortalium conventu colebantur: quia inquit, καὶ ἡρώδης vocantur in ſiſula illa, & alia Cythera etiam apud Maronem, cujus ſcilicet vocabuli ſyllaba media per η vocalem longam perſcribatur. Dictam vero Cytheream ait, quod univerſæ conſuetudinis amatoriaræ vim intra ſe occultat. Nam & alii Cytheream ab occultanda turpitudine dictam voluere, & illi in abdito templum fuiſſe alibi diſimus. Hinc de Ari poſiti Diſimus

Quoniam vero voluntatum, ſtudioſumq; conſenſus atque ſimilitudo amorem parit, celebratur à Platone Lyra inter amatoria monumenta; libro de Anima. Proclusq; ubi Venerem Cytheream ab Homero & Heſiodo appellatam exponit, adverſatur Heſiodo, neq; dictam *ὅτι ἀρεστικὸν καὶ ἡρώδης*, οἷδε μὲν γὰρ περικύθηρα, καὶ ἡρώδης δὲ ἡ καὶ πομμένην ἔχουσαν ἐν αὐτῇ πύσσιν τῆς ἐγὼνικῆς Φιδίας. Non aſſentitur, inquam, Proclus ut Cythera dicta ſit à Cytheris, ubi illi templum aræque tot frequentilimo mortalium conventu colebantur: quia inquit, καὶ ἡρώδης vocantur in ſiſula illa, & alia Cythera etiam apud Maronem, cujus ſcilicet vocabuli ſyllaba media per η vocalem longam perſcribatur. Dictam vero Cytheream ait, quod univerſæ conſuetudinis amatoriaræ vim intra ſe occultat. Nam & alii Cytheream ab occultanda turpitudine dictam voluere, & illi in abdito templum fuiſſe alibi diſimus. Hinc de Ari poſiti Diſimus

Gratias